χία adscripsit. Vbique, inquit, Iovis voluntas etiam in tenebris atraque sorte conflictantibus lucet.

82. ἀσφαλὲς M. G. E. P. Rob. ἀσφαλῶς Turn.

85. κατειδεῖν M. G. unde κάτει δεῖν Ald. κατιδεῖν Rob. Turn.

86. δὲ ἀπιδὼν M. G. E. Rob. δὲ ἐπιδὼν P. Emendavi in Elem. doctr. metr. p. 236.

88—92. Libri βίαν δ᾽ οὔτιν᾽ ἐξοπλίζει τὰν ἄποινον δαιμονίων. ἥμενον ἄνω (ita etiam M.) φρόνημά πως (φρόνημα πῶς Rob. φρονήματος, sed το in π mutato G.) αὐτόθεν ἐξέπραξεν ἔμπας ἑδράνων ἐφ᾽ ἁγνῶν. Auratus οὔτις, credo ut ἐξοπλίζει significaret *armis exuit*, cuius significationis exemplum ex Appiano affertur. Ea hic eo minus admitti potest, quod hoc verbum v. 655. 672. usitata armandi significatione dictum est. Sententia bona Wellauerus coniecerat βίαν δ᾽ οὔτιν᾽ ἐξοπλίζει. πᾶν ἄπονον δαιμονίων, quod recepit Paleius ita ut δαιμόνιον scriberet. At id Aeschylus dixisset βίαν οὔτιν᾽ ἐξοπλίζων, addidissetque δέ ad πᾶν. Sententiam perspexisse videtur Auratus: verum etiam si ἐξοπλίζει eo quo volebat significatu dictum esset, tamen non indicativus praesentis, sed aut futurum aut optativus addito ἄν poni debebat. Quare adscito οὔτις, quoniam οὔτινα cum τὰν ἄπονον nullo modo coniungi potuit, scripsi βίαν δ᾽ οὔτις ἐξαλύξει τὰν ἄπονον δαιμονίων. Dictum est δαιμονίων ut apud Euripidem πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων. Quod sequitur in libris ἥμενον ἄνω etiam si non repugnaret metro, languidum esset ἥμενον, quum sequatur ἑδράνων ἀφ᾽ ἁγνῶν. Itaque μνῆμον posui. Ἔμπας dixit, referendum ad βίαν τὰν ἄπονον. Postremo ἀφ᾽ ἁγνῶν scribendum esse vidit nescio quis a Spanhemio memoratus et Wordsworthius, Homerica comparans, in Museo philol. I. p. 211.

93. Libri ἐς ὕβριν.

94. Libri οἷα.

95. δι᾽ ἀμὸν M. G. E. Rob. ὁμὸν ex P. adnotavit Faehsius.

τὸ θάλος M. G. Rob. τὸ θάλλος E. P. et ed. Porsoniana. Correxit Bothius.

96. δυσπαραβούλοισιν φρεσὶν M. G. P. Rob.

97. μενόλιν M. G. Rob. μαινόλη E. Scholiastes, in cuius adnotatione ἢ διάνοιαν pro καὶ διάνοιαν scribendum est, ambiguus erat utrum δι᾽ ἄνοιαν an διάνοιαν scriptum fuisset. Παράνοια μαινόλις dicta Euripidi Or. 813.

98. ἄται, sed ut ι in rasura sit, M. ἄτα e correctione G. in quo prius ἄταν, ut Ald. Rob. Culpam suam sero cognoscunt, fuga nostra decepti.

99. ἀπάται, sed ut ι in rasura sit, M.

100. θρευομένα G.

Libri λέγων. Correxit Engerus in libello de carm. antistroph. Aeschyli p. 72.